

Dissertatio medica de dyspnoea ... / [Konrad Stisser].

Contributors

Stisser, Konrad, active 1686-1688.
Bohn, Johannes, 1640-1718.
Universität Leipzig (1409-1953)

Publication/Creation

Lipsiae : Typis Andreae Balli, [1686]

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/pc4cj3s8>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

NON-MEDICAL
CIENTIA

I. N. J.
DISSERTATIO MEDICA
De

DYSPNOEA

Quam
SUB PRÆSIDIO

*Viri Prænobilissimi, Excellentissimi
atque Experientissimi*

DN. JOH. BOHNII,
Philosoph. & Medic. D. Facultatis
Medicæ Assessoris gravissimi, ac Anatomiae &
Chirurgiæ Prof. Publ. longe celeberrimi


*DN. Præceptoris ac Promotoris sui
omni honoris cultu æternum devenerandi.*

Publice ventilandam exhibet,

CONRADUS Stisser / Brunsv. Saxo.

In auditorio Majori Principum,
horis consuetis

Die Octobris Anno Christi M. DC. LXXXVI.



LIPSIÆ,

TYPIS ANDREÆ BALLI.

*Serenissimis atqve Celsissimis
Principibus ac Dominis,*

**DNO. RUDOLPHO
AUGUSTO,**

Dominoqve

ANTONIO ULRICO,
Ducibus Brunsvicensium atqve
Lünæburgensium potentissimis,

*Dominis atq; Principibus suis
Clementissimis, sacrum,*

Serenissimi Princi-
pes, clementissimi
DOMINI,

Quas cernitis, Patriæ Patres, concinnas parum
submississimi servi pagellas, ægrum VOBIS si-
stunt, exspirandi laborantem difficultate. Non
leviter erubuit quidem, è tam alto exposcere opem
fastigio, petit tamen devotissimo animi cultu, nulli-
bi expeditiorem ominatus curatelam. Quem enim
qua-

querit anxie Æsculapium & Peritum Machao-
na, Vos PAR sine pari in Vobis sistitis gloriosè.
Ut Psyllæ quondam oculis mortem, ita VOS, VE-
STRIS vitam affertis. Vel intuitus ILLORUM
benignior reddet ipsi spiritum, vitam, omnia. Hæc
causa est, ut ad pedes VESTROS se abjiciat hu-
millimè. Sanitatem quam exoptat anhelans,
nolite invidere. Respicite SERENISSIMI, ne
extinguatur, ultimos trahens spiritus. Virtus re-
dibit in præcordia, modo VOS volueritis, exanimes
istæ charæ animam habebunt, modo Vos annueritis.
Et hoc est, quod millibus exoptat suspiriis, se totum
VESTRÆ commendans curæ. Quam cum spe-
ret persuasissimus, dum enim anima est, spes quoq;
est, nihil addit nisi quod quem habet spiritum VO-
BIS omnem mancipet, mansurus, post numero in-
numera pro VESTRA sanitate suspiria, dum spi-
rat & spirabit, VESTER,

SERENISSIMI PRINCIPES
CELSISIMI DOMINI,

submississimus servus,

Conradus Stiffer

THES. I.

DE inspiratione læsa seu dyspnoea hac vice acturi, vocem hanc variè ab Authoribus, i. e. modo generaliter modo specialiter, usurpari, facile animadvertenti apparet lectori. Ita divinus medicorum Senex passim in scriptis suis agit. *Celsus* v. & qui cum eo faciunt, difficultatis spirandi certâ quandam tantum speciem Dyspnoeam pronunciant, & asthma atque orthopnoeâ hanc contra distingvunt, ut reliquos terminorum horum confusiones & differentias mittamus, quas ex *Bartolet. method. de difficil. respirat.* petere licet. Nos hoc loco *Sylvii l. 1. Prax. c. 22. & Bellin. de Morb. Pect.* vestigia legentes, Dyspnoeam in genere considerabimus, ita ut quamcunq; inspirationem læsam denotet, certosque sub se contineat gradus. Adeoque *Dyspnoea nobis nihil aliud erit, quam symptoma actionis imminutæ inspirationis, dependens aut à pulmonum ac partium pneumaticarum reliquarum, aut præter has ab organorum aliorum, aut aëris pulmones ambientis, vitio.*

THES. 2.

In genere determinando Autores vix concordant, quatenus eorum alii ad actionem depravatam dyspnoeam referunt, v. gr. *Sennert in Institut. pariter ac praxi*, quamvis considerata tandem accuratius vocis origine spontè fateantur iidem. Præter difficultatem & molestiam spirandi nihil depravati dyspnoeæ subesse. Peculiare quid venditat *Moebius Institut. l. 2. part. 2. c. 24.* in dyspnoea eamque inspirationem turbari seu imminui, in asthma vero & orthopnoea (quæ nihilominus à plerisque illius species creduntur) augeri sibi concipit, hincque densam & crebram vitia hæc ait, respirationem: Verum cum quid per densam velit respirationem, non appareat, crebritas seu frequentia autem diminutæ & quasi abbreviatæ inspirationis effectus sit; potius cum aliis asthma æque ac orthopnoeam inspirationes non intensas, sed deficientes, non auctas, sed insufficientes pronunciamus. Turbatur enim in omni dyspnoea motus thoracis, & pulmonum motus explicatorius, ut tantum aëris quantum principio vitali perpetuando, necessarium, haud admittere vel dispensare queant.

THES. 3.

Differentiam quod concernit, facimus cum illis, qui difficultatis spirandi tres constituunt species, Anhelationem seu dyspnoeam in specie, Asthma & Orthopnoeam, quas forsitan gradus tantum distinctos meliore jure appellare liceret. Ut nobis anhelatio sit prior difficultatis hujus gradus, & qui sine adeo magna pectoris agitatione contingit: imminuatur magis respiratio hincque crebrior etiam evadat cum majoribus anxietatibus & strangulatus metu in Asthmate: quod si demum eousque provehatur, ut non nisi erecto corpore, ex porrectaque cervice tantillum aëris trahere liceat, orthopnoeam Scholarum consensu, appellabimus. Sic enim illam declinabimus difficultatem ac contradictionem quam nonnulli movent, asthma dicentes dyspnoeam cum sibilo & stertore contingentem, nihilominus modo cum, modo sine stertore asthma concipientes. Illis v. gr. *Sennerto* qui asthma & orthopnoeam sine febre, dyspnoeam in & extra febrem fieri asserunt, promptissime assurgeremus, nisi sibilum, quem si non semper aliquando tamen febricitantium dyspnoeæ combinari, hosque ex porrecto etiam nonnunquam corpore auram captare experientia evinceret, nisi quæ febres anhelantes, asthmaticæ imo præfocantes à *Sylvio* observatæ & experientia ipsius *Sennert. Pr. l. 2. part. 3. c. 2. quest. 3. et Carol. Pisonis de Morb. ex Colluv. seros. sect. 3. c. 4.* aliud juberent.

THES. 4.

Sub conceptu ergo dyspnoeæ has species consideraturi, causas hujus affectus quo commodius explicare liceat, de actione inspiratoria s. n. se habente hujusque fiendi modo pauca erunt supponenda. Ubi discrepantes equidem Doctorum deprehendimus sententias, quatenus superiorum seculorum Scholæ aerem vacui vitandi seu fugandi gratia pulmones expansos seu explicatos sub intrare, vel ab his quasi attrahi, docebant: postmodum *Cartesius*, *Svammerdamius*, aliique à thoraçe dilatato ac dislento aërem ambientem ob mundi plenitudinem, ad asperam arteriam huicque continuas pulmonum cellulas urgeri, sibi persuadebant. Donec denique *Celeberrimus Boyle* eandem atmosphæram, postquam pulmonibus molliori-

bus

bus explicandis spatium congruum à dilatato pectore concessum esset, motu proprio, eoque partim elastico, partim gravitatis, pulmones irruere hosque replere docuerit. Nos tamen h. l. brevitati studentes, misis duabus prioribus hypothefibus, maximè suspectis ac à multis jam dum scriptoribus, & inter hos ab *Excell. DN. D. Bohn.* *Oecon animal. Progym. V. fatis superq; refutatis*, tertiam, utpote veritati magis consentaneam amplectimur, hincque pulmones in inspiratione merè passive se habere asserimus i. e. aerem ad hos per asperam arteriam ratione elasticitatis & ponderis innati penetrare, dum latera thoracis (quæ pulmonum ditaioni hætenus obstaculo erant) à musculis suis removentur & hujus spatium ampliatur, horum compagem cavernosam irruere hujusque vesiculas dilatare & ita actionem inspiratoriam præstare. Ex quibus præmissis sicut ad inspirationem edendam ipsos pulmones, thoracem cum musculis & aërem in statu naturali concurrere observamus; ita in inspiratione læsa organa dicta cum viis per quas, & aëre accusanda esse inferimus.

THESIS. 5.

Primum itaque causarum proximarum genus constituit thorax cum musculis, qui quales sint, ex anatomicis nunc supponimus; Ita tamen ut modo per se ac immediatè, modo per consensum ac intervenientibus demum aliis partibus hæc afficiantur. Per se laborat thorax hincque inspirationem turbat (1) si hujus compages ossea vitiosa quadam conformatione laboret, sive ab ortu, sive postmodum a fracturis, luxationibus, similibusque læsionibus contracta, Ita frequens fatis, abstrusa tamen, monente *Boneto Sepulchret. Anat. l. 2. sect. 1. obs. 116.* dyspnoeæ causa est costarum cartilaginum depressio, qualem post varias suspiciones veram & unicam fuisse dexteritas, cuiusdam medicæ in diversis subiectis evicit, earundem cartilaginum restitutione seu repositione inspirationis obicem tollens. Pariter natura æque ac casu gibbosos, utpote quorum thorax commodè distendi nequit, anhelationibus ac asthma perpetuo laborare, & sine alarum erectione vix unquam respirare, autopsia docet; Quo etiam spectat illa spinæ dorsæ contorsio, à qua dyspnoeam,

Hildan

Hildan. Cent. 6. obs. 24. annotavit, item cartilaginum costarum nimia & ad osseam rigiditatem usque induratio à senio, aliis citius aliis tardius contingens, & sic non asthma, anhelationem tamen excitans. (2) Si pleuræ aut mediastini dilatatio ab inflammatione aut aposthemate inhibeat: unde pleuriticis v. gr. dyspnoea perpetuum est symptoma, & orthopnoeam ex inflammato mediastino *Panarollus Pentecost. 2. observ. 10.* consignavit. Cujus etiam generis est adeps copiosior, easdem membranas premens, unde respirationem læsam *Binninger Cent. 2. observ. 34.* testatur. (3.) Idem etiam metuendum à pericardio si hydrope laboret, aut pure repleatur, cujus exempla, *Hildanus Cent. 2. obs. 27. & act. Haffn. 1671. & 1672. obs. 99.* sistunt: quatenus ab ejus turgescencia pulmonum distensio non tantum inhibetur, sed sanguinis quoque per eosd. motus à pulsu cordis turbato vitiatur. (4.) Si ejusdem cavitas sanguine, à ruptura, aut vulnere, sero, in hydrope, aut pure in empyemate repleatur qualia exempla *Rondelet. Method. Cur. l. 2. c. 24. Bartolet. de difficult. respirat. part. 3. l. 4. c. 3. C. Pifo de morb. ex Colluv. Seros sect. 3. c. 7. & 8.* aliique recensent: unde pariter spatium pulmonibus explicandis denegatur, dilatato quamvis sufficienter thoracis ambitu. Referrì huc meretur mediastinum sero sanguineo turgidum, spatium pectoris notabile replens, hinc Pulmonum dilatationem ad orthopnoeam usque inhibens, de quo *Riverius Cent. 1. obs. 60.* videatur. Imo (5.) cor ipsum inspirationi interdum obstaculo est, non tantum quatenus hujus vitia conformationis, circulationem sanguinis per pulmones turbant, de quibus in sequentibus dicetur, sed in primis ratione magnitudinis nimie, qua expansionem pulmonum sufficientem inhibet: quale erat, quod caput majusculum æquabat, in subjecto asthmatico observante *Ballon Epidem. & Ephem. l. 2. p. 144.* quodque adipe copiosiore. cum dyspnoea obvolutum *Miscell. curios. 1672. obs. 87.* monstrant. Simile quid agunt (6) abdominis contenta scilicet aqua asciticorum, viscerumque abdominis, diaphragmati imprimis contiguorum intumescencia: v. gr. omentum pingvius, Scirrhi mesenterii &c. quales *Rhod. l. 2. obs. 24. Carol. Pifo l. a. sect. 3. c. 4. & Bartolet. l. a. l. 4. c. 24.* annotarunt, diaphragma sursum & intra thoracem cogentes.

tes, ejusve explicationem sufflaminantes, per consequens pectus abbreviantes. Hinc asciticos anhelare, orthopnoeam pati & in perpetuo fere suffocationis periculo versari, quid frequentius? Ventriculus præter modum alimentis infarctus aut per cruditates inflatus, molestant reddit inspirationem, decumbentibus ac dormientibus omnimodè fere denegat, & quidem sub specie spectri similisve molis pectus comprimantis in ephialte, ob phantasiæ somniantis depravatam insimul actionem. De intestinorum vero intumescencia enormiore respirationem difficilem reddente Vid. *Rbod. l. a. obs. 26.* Pariter gravidas ultimis mensibus ut plurimum premit spirandi difficultas, ob molem nempe foetus atque uteri, eo usque grandescentem, quæ depressioni diaphragmatis & elongationi pectoris impedimento fit: cujus etiam generis videtur dyspnoea mox à partu lethalis ab utero præter modum tumido & spiritalia organa comprimente, qualis *Bonet. Sepulchret. l. 2. Sect. 1. obs. 139.* meminit; imo denique his contentis abdominis accensendus faccus ille membraneus aqua turgidus, vertebrae lumborum superioribus annatus, quem difficultatis spirandi lethalis occasionem fuisse *Kerkring. Spicileg. anat. obs. 59.* deprehendit.

THES. 6.

Musculi thoracis inspirationem lædunt (1) si morbo quodam organico, v. gr. tumore, vulnere, aut paralyfi laborent: (2) si pingvedine nimia stipentur, quatenus hæc interstitiis illorum intertexta motum eorum turbat, eos tendendo ac comprimendo. Imprimis vero ex his diaphragma si paralyfi afficiatur, v. gr. in apoplexia fortissima, vulneretur, exulceretur, inflammetur, aut quodvis aliud tumoris genus sustineat: quatenus steatomata diaphragmati annata ponderis molesti ac difficilis respirationis causâ extiterunt, perhibente *Vesling. Syntagm. anat. c. 9.* Pertinet huc diaphragmatis ejusdem vehementior concussio ab ictu graviore, quo inspirationis conatus nonnunquam enormiter, imo interdum ad suffocationem usque intercipitur. Singularis phaenomeni hujus observati testis est *Excellentiss. atque Experient. DN. D. Præses,* in juvene à jactu lapidis in regione epigastricâ, repente concidente atque emortuo: in cujus cadavere

jussu Magistratus hujus urbis aperto nihil p. n. aut violenti, præter sugillationem exilem diaphragmatis, sub loco percusso videre licuit.

THES. 7.

Ipsi vero pulmones dyspnoeæ Autores existunt, si horum vesiculæ aut bronchia ardentur, & quidem modo à rebus fluidioribus, modo solidioribus: iisque pariter obstruentibus æque ac comprimantibus. Inter fluida pulmonum cavernosam & fistulosam substantiam ardentia frequentior est mucus viscidior, ut ex *Hildan. cent. 1. obs. 11. River. cent. 2. obs. 77. Hercul. Saxon. Praelect. Pract. part. 1. c. 26. & Pantb. l. 2. c. 4. & Holler Prax. l. 1. c. 25. in Schol. videre est*: quem ut plurimum à deficiente ac depravata pulmonum nutritione prodire, hancque modo frigoris modo fumorum metallicorum pedissequam esse *Helmont. de Asthmat. & Tuss.* auguratur: quibus causis digestionem pulmonum turbantibus accedit, si ex vitio lymphæ asperæ arteriæ bronchia excoriantur, hincque alimentum eorum transfudans visciditatem extraordinariam induat. Quamvis interdum aut à tota massa sanguinea aut ex membris his l. illis, mucosa ejusmodi recrementa, deponi verosimile fit: quatenus v. gr. hæmorrhoides & menstrua suppressa hinc ad pulmones restagnantia, item ulcera partium extremarum intempestive evalescentia, quo etiam intempestivus scabiei recessus aut repulsus spectat spirandi difficultatem extempore & ad suffocationem usque inducens, quoque difficultatem spirandi pariunt. Quorum intuitu hujus loci est serosa orthopnoea ac non nisi ultra triginta sex libris urinæ emissis, soluta, cujus *Rbod. cent. 2. obs. 27. meminit*: item asthma cachecticorum & quibus hydrops imminet, quos mox suspiriosè inspirare experientia edocet, antequam vel thorax vel abdomen colluvie illa serosa repleatur. Imo ipsa sanguinis per pulmones circulatio tam rapidior quam tardior inspirationem plus minus turbat, quatenus ille in suo per pulmones trajectu horum vasa & compagem eousque replet, ut pro sufficiente aëris admissione minus pateant, nihilominus ob summam inspirationis necessitatem attentetur. Occasionis horum motuum inæqualium ac inordinatorum variæ sunt, v. gr. plethora & sanguinis

gvinis rarefcentia, unde etiam augurante *Willis. Pharm. Rat. part. 2. sect. 1. c. 12.* fit, quod asthmatici & orthopnoici lectum ingredienti- entes pejus se habeant, & tantum non suffocentur: item spissitudo nimia; quemadmodum in paroxysmis febrilibus, motibus animi & corporis impetuosioribus pleuritide peripnevmonia it. cachexia l. ideo quoq; difficultatem spirandi experimur. Imo ideo fit, ut polypus cordis hujusq; vasorum similiaq; horum vitia organica, motum sanguinis per pulmones turbantia, dyspnoeæ, frequentiores autores existant. Polyporum ejusmodi exempla plus quam frequentissima sunt, viderique possunt penes *Willis. contra High- morum p. 14. Pharm. Rat. part. 2. sect. 1. c. 2. River. cent. 1. obs. 82. Bartholin. Cent. 2. epist. 86. & Malpigh. de polypo*: quibus etiam accensenda caruncula in suffocati vena cava à *Bartholin. l. a. epist. 66.* reperta, item si eorundem vasorum pnevmonico-cardiacorum canales per obrigescentiam osseam conniveant, hinc sanguini liberio- rem transitum denegent, cujus phaenomeni exempla *Willis l. a.* suggerit, quo etiam spectat illa cartilago, venam pulmonalem occludens, qualem *Majoro de pulsu Cord.* annotavit. Contingit interdum sanguinem planè extravasari, huncque cum purulenta materiâ pulmonum cavernas infarcire v. gr. à vulnere, rupturâ, ulcere &c. adeoque aërem excludendo inspirationem morari, ac tandem si ejus expuitio cesset, planè suffocare. Præterea huc referre decet sanguinem, pus ac serum, ad pectoris cavum ex quacunq; causa profusa, pulmones comprimantia & aeris ab extra irruentis potentia superiora fluida. Item pus in vomica aut abscessu pulmonum congestum, horumvè hydrops, comprimendo pariter pulmonum vesiculas morbificæ causæ munus subeunt.

THES. 8.

Ast solidiora corpora, quæ pulmonum explicationi resistunt, hinc spiritum cum difficultate trahere jubent, frequentius sunt varia tumorum genera illis innata, præter peripnevmoniam nimirum steatomata & corpora glandulosa ac scirrhosa, substantiæ eorum impacta, à quibus dyspnoeam testatur *Columbus de re anat. l. 15. & Bonet ex relatione Geigeri l. a. l. 2. sect. 1. obs. 32.* it. illa Dura & Scirrhosa tubercula, quæ spiritus liberiori ingressui officisse

Carol. Pifo l. a. Sect. 3. c. 4. Hildan: Cent. 2. obs. 29. & Miscell. Curios.
ibid. obs. 44. referunt; qualem quid promptius concipere licet, si
 tota pulmonum substantia flexibilitatem & mollitiem naturalem
 in hydropicis, enpyematicis ac phthisicis deposuerit, & vel cum
 carnosa atque corrugata, instar pulmones cocti, vel cum
 gypsea, tartarea, sebacea, cartilaginea, & lapidea commutarit,
 quorum exempla *Sylvius Prax. l. 1. c. 22. Holler. obs. 16. & Columb.*
l. a. annotarunt; hisque accensere licebit, illud Suspirium à sicci-
 tate pulmonum, qualis *Pet. Sal. Divers. in Altomar. c. 48. & Rhod.*
cent. 2. obs. 21. meminerunt. Pariter eorum dilatationi obesse
 nimiam molem non infimæ classis autores autumant, & aytopia
 confirmare satagunt v. gr. *Salmuth. cent. 1. obs. 22. & Bone. l. a.*
l. 2. f. 1. obs. 57. & 58.: sed pollicem his premit *Sylv. Prax. l. 1. c.*
24. dicens: *vix puto nec nisi variosimè augeri, si propriè loquamur*
pulmonum nutritionem quamdiu permanet ipsorum laudabile; &
 probabilius videtur vel ab humorum colluvie, vel flatulentia,
 qualem *Graaf de Succo Pancreat. c. 9. ac Rhod. cent. 2. obs. 22.* refe-
 runt, vel depravata nutritione, de qua modo dictum, illud aug-
 mentum pulmonum dependere. Solutioni pulmonum continui
 feu vulneribus ac ulceribus eorum, inter causas dyspnœæ assi-
 gnanda foret peculiaris classis, nisi hanc mox comitaretur vel san-
 guinis profusio, vel puris collectio, vel texturæ & modi sub-
 stantiæ immutatio, de quibus cunctis superius jam dum egimus.
 Calculorum proventu quemadmodum cunctæ ferè corporis
 partes, satis molesto gaudent, sic horum pondus cum respiratio-
 nis molestia experiuntur quoque pulmones, quales in quatuor
 miseris asthmate extinctis vidit *Plater. obs. l. 1. p. 168.* Calculos
 friabiles & caseo perveteri similes testatur *Salmuth. Cent. 1. obs. 7.*
it. Hildan. cent. 6. obs. 22. Fontan. in Epit. Vesal. p. 25. & Maurocor-
dat. de Usu pulmon. p. 88. Kerkring Spicileg. anat. obs. 27. C. Pifo l.
a. p. 203. & Act. Hassn. Volum. l. 1. c. 109. Quibus accensendus fini-
 ster pulmo, quem integrum ex pumice lapidescentem producit
Helmont. asthm. & Tuss. §. 42. & 43. Denique vero etiam huius
 loci sunt ossa intra pulmonum compagem reperta & spiritus tra-
 ctionem interpellentia: qualia *Columbi l. a.* suggerit aytopia.

THES. 9.

Pariter ab extra nonnunquam heterogeneitates ejusmodi solidiores, aut certò earum materiam proximam, pulmonibus illatas, angustiarum harum causa existere, singulares illæ, quas *Diemerbr. anat.* l. 2. c. 13. refert, historiæ asserunt, de lapicidis asthma- te defunctis, in quorum pulmonum multum adeo pulveris lapidum, inspiratione cum aere attractum, atque vesiculas horum eousque infarciens, deprehensum fuit, ita ut in dissectione pulmonum induratorum culter quasi per arenæ acervum aut per aliquod corpus arenosum sibi scindere videretur idem Anatomicus. Quod quidem vel ideo minus admirationem meretur, quatenus idem subdit, tam subtilem pulverem ex lapidibus, qui inciduntur, evolare, qui poros vesicæ bubulæ inflatæ & siccæ in officina ejusmodi operariorum pendentis, penetret, ita ut circa finem anni, manipulus ad minimum hujus alcohol arenosi extra vesicam protrahatur, esseque hoc illud quod lapicidas, qui sibi ab eo non satis prudenter cavent, præmaturâ morte perimat. Simile huic est phænomenon ab eodem *Diemerbroc.* allegatum in alio quodam tandem asthma- te extincto, cujus, plumis illis, quibus stragula & culcitra infarciuntur purgandis atque à fordibus eventilandis vacantis, cadaver, pulmonum vesiculas à tenuioribus plumarum ramentis atque fordibus penitus infartas monstrabat. Ejusdem generis est, quod apud *Helmont. Tr. asthm. & Tuss.* §. 24. legimus exemplum monachi cujusdam, qui in diruendis ædibus aliquando occupatus, pulvere horum tantum suos gravarat pulmones, ut, quoties locus aliquis verrebatur aut quavis occasione pulvis concitabatur, mox præfocatus & anhelitu præclusus concidebat. Verum fidem fere omnem superat, quod *Sennert. de Consens. & Dissens. c. 9.* ex relatione Medici cujusdam Freibergensis perhibet, in diversis fossoribus metallicorum cadaverum dissectorum pulmonibus ea ipsa metalla concreta, quibus effodiendis vivi allaborarant, reperta fuisse.

THES. 10.

Denique communiter huc refertur pulmonum ordinariè in pectore liberè propendentium, cum pleura & costis connexio s.

conglutinatio, quam inspirationi anhelosæ occasione existere, ex
 evasthmaticorum disectorum avtopsia coincere student infi-
 niti autores v. gr. *Massa*, *Riolanus*, *Bartholi-
 nus*. Quoniam nihilominus eadem avtopsia v. gr. *Plem-
 pii fund. Med. p. 133.* *Tulpii l. 2. obs. 13.* *Kerkringii obs. 72.* & *Die-
 merbr. l. a.* in cadaveribus quoq; illorum qui in vita de nulla respi-
 rationis molestia conqvesti fuerunt, talis connexio freqventissime
 deprehenditur, & superiore anno in furum quodam neqvissimo,
 ad cursus similesque corporis motus, suo vitæ generi conformes,
 maximè disposito, & in quo nihil unquam difficultatis spirandi
 observarant, qui illius notitiam habebant, ab Excell. DN. D. *Bohn*
 publicè dissecto, epas & lienem non tantum, tota suâ parte gibbo-
 sa, diaphragmati, sed pulmones etiam toto maximè sui ambitu
 pleuræ ac diaphragmati (quod de simili furum capitaneo *Die-
 merbr.* testatur) arctissime adhærescere vidimus: assertum illud
 celeberrimorum alias anatomicorum aut planè iniquum, aut li-
 mitandum erit, dum forsan alia, & quidem latens, interdum pul-
 monum dispositio dyspnœam in ejusmodi hominibus patrat,
 quam imprudenter agglutinationi illi in acceptis referunt.

THBS. II.

Quibus ita se habentibus pro diversa causæ morbificæ na-
 tura hujusque diverso situ cum *Helmontio* dyspnœam s. asthma
 dividimus in humidum & siccum: *Humidum* seu non spasmodi-
 cum dicentes, quod à materia vitiosa sensibili magis dependet,
 sive hæc fluidior fuerit, scilicet humores serosi, sanguis congruma-
 tus &c. sive solidior existat, scilicet tubercula, lapilli, Scirrhii &c. à qui-
 bus quod emergit asthma *Helmontius* inter humidum & siccum
 ambigens & rarioris observationis pronunciat. *Siccum* vero il-
 lud vocabimus quod veteribus, quorum vestigia *Sylvius* quoque
 adhuc legit, flatuosum seu vaporosum audibat, & à flatibus atq;
 vaporibus ex abdominis visceribus elevatis derivabant, *Willisius*
 convulsivum appellat: quod non à materiâ sensibili immediatè,
 sed à spasmis partium pnevmonicarum cujuscunq; generis exori-
 tur, cujus intuitu asthma non adeò absurdè *Helmontio* caducus
 pulmonum àfferitur, ejusque exempla plura ab autoribus suppe-
 dicantur v. gr. à *Platero observat. p. 168, 172, 183.* *Schenck. obs. p.*

THES. 12.

Asthma utrumque ratione sedis materiae morbificae distingve-
 re conveniet in *pneumonicum* seu pulmonare & *gastricum* : ita
 ut *pneumonicum* sit, si bronchia & vesiculae pulmonum à re qua-
 dam intra thoracem existente vel hos immediatè contingente
 i. e. obstruente aut comprimente, eousque ardeantur, ut aërem
 sufficienter haud admittant, seu ab hoc explicentur, si spasmo-
 rum primi instinctus in ipsis pulmonum & tracheae fibris motri-
 cibus ac laryngis & pectoris musculis resideant. *Gastricum* vero
 cujus causae angustantes in ventre inferiore existunt, sive compri-
 mendo, sive per consensum nervorum communicantium, agant.
 Cunctarum harum elassium historias haecenus vidimus, ratione
 tamen gastrici adhuc monendum non spasmodicum seu humora-
 le nobis dici, quando vel asciticorum aqua simileque abdominis
 fluidum p. n. l. ventriculus reliquaque hujus viscera, de quibus
thes. 5. dictum humore, flatu, scirrho, foetu &c. tumida, diaphragma-
 tis motum inspiratorium turbant : quod nihilominus frequen-
 tius vitio primarum viarum contingit, ita quidem ut *Scholtzius*
Confil. 29 non inepte asserat, astmaticos à pastu pejus se habere, &
 ab *Aretaeo* inter signa asthmatis imminentis, flatus praecordio-
 rum atque eructationes, sine causâ evidente observabiles, refe-
 rantur, ut taceamus humoribus vitiosis ac alimentis crudio-
 ribus rejectis, & ab usu vomitoriorum, illius non tantum paro-
 xismos compesci, sed causam quoque tolli. *Gastricum* vero
spasmodicum appellamus, quod à partium extra thoracem sita-
 rum convulsionibus primordia sumit, continuatis usque ad or-
 gana pneumatica v. gr. in hysteriis per communicationem,
 quæ nervos uteri atque Pneumonicos intercedit, it. in hype-
 chondriacis, quos sine enormiore flatulentia in dyspnoeas abri-
 pi & quidem non rarò cum externarum quoque partium convul-
 sionibus, quod itiana monstrat praxis. Econtra *Spasmodicum pneu-
 monicum* putamus, ubi muscoli laryngis & respiratorii per se con-
 velluntur, aut à principio nervorum suos instinctus spasmodicos
 recipiunt, qualis exempla, *Willisius* tam ex observatione *Needha-
 mi*,

mi, quam propria recenset, videturque huc quadrare, quod
Thonnerus observ. p. 94. de virgine refert, quæ cum ingenti fauci-
um constrictione & respiratione intercepta convulsiones patie-
batur.

THES. 13.

Quod vias spectat, aërem alias transmittentes, harum an-
gustia si majores aut omnimodæ, quemadmodum planè suffocant,
ita si minores inspirationem plus minus tantum turbant, suntq;
imprimis quæ laryngem atque trachoeam obstruunt & consti-
pant, v. gr. sanguis pus ad canalem hunc profusa, it. pilula major
ac granum uvæ acerbæ laryngi impacta à *M. Donat l. 3. Hist. med. mi-
rab. c. 7.* annotata, & putaminis nucis avellanæ fragmentum, cu-
jus *Tulp. l. 2. obs. 7.* meminit. His combinanda quæ compri-
mendo & constringendo idem præstant, scil. musculorum laryn-
gis & tunicæ fibrosæ trachoeæ convulsio, qualem à pilo ad aspe-
ram arteriam incaute demisso contigisse & dyspnoeam, quam
Fontan. in vesal. Epist. c. 1. consignavit, excitasse, probabile est.
Item boli majores similiaq; v. gr. deglutita & in œsophago perti-
naciùs hærentia, hincq; asperæ arteriæ posteriorem & mollem pa-
rietem comprimantia; quibus pariter annumeranda thymi
glandulæ ab humoribus excrementitiis intumescencia, qualem
Sim. Paul. Digress. de Febr. malign. testatur, & aneurisma Aortæ ab
Heurnio obs. 27. visum, trachoeam comprimantia, una cum lapil-
lis asperæ arteriæ, bronchiis & trunco insidentibus, quos *Kerkring
l. 4. obs. 27.* observavit.

THES. 14.

Tandem sicut aërem pondere & elasticitate sua pulmones in-
gruere, satis superq; & ex suppositis constat, adeoq; singularem ac
determinatam hic ad omnium atq; singularum spirantium organa
pneumatica habet, dum eorum alia in crassiore, alia in tenuiore,
commodius degant: ita facili negotio comparet, nos, qui moderatè
tenui aëre delectamur, à spissiore æque ac subtiliore lædi, & in utroq;
horum minus libere respirare. Aerem densiorem inspirationi in-
commodare, balneis laconicis locisq; fuliginosis inclusi aut sub tem-
pestate pluviosa, experimur: idq; non tantum quod motui sanguinis
vitali intestino, tanquam inspirationis termino, perpetuando sit ine-
ptus;

ptus ; sed quatenus renitentiâ suâ, quam per gravitatem ejusmodi minus congruam possidet, distensionem laterum thoracis renitatur, adeoq; inspirationis etiam inchoamento & primordio molestiam creet. Contra rariorem seu tenuiorem quoque, utpote virtute expansiva & pondere maximè destitutum, inspirationi & corpori nostro minus proportionatum existere, inviti etiam, in loco ac tempore fervidiore, & cujus aër omnibus vaporibus exhaustus, concedere cogimur, annotavitq; *Acosta* qui cum sociis suis per montium peruvianorum altissima juga sine spongiis madidis ori applicatis iter facere non potuit, subtiliore nimirum illo aëre, dum aliquid humiditatis ex spongiis, quas transibat, imbibebat, demum correcto & aliquantulum inspissato. Confirmant idem animalia anthrax *Boylia* inclusa, quæ substantia aëris crassiore evocata ac tenuiore saltem relicta intumescunt, vitamq; cum morte commutant quoniam atmosphaera hæc aëri eorum minus æquilibrans existit, adeoque intrinsecus conclusa substantia aërea immoderatus rarefcit, ita quidem ut dissecta sanguinem spumescens eorum vasa & receptacula sanguinea promant. Simile, scilicet his animalibus obtingere videtur, eodemque mortis genere eadem pereunt, ac quorum extra machinam illam constitutorum venis, aliquid aëris inspiratur, mox inde cum convulsionibus corporisq; inflatione pereunria, quale experimentum ad manuuctionem *Experient. DN. Præsidis* aliquoties imitari & observare licuit: nempe moriuntur hæc ab elasticitate sanguinis majore, quam à particulis aëreis tubulo immixtis, fuscipit. Quod si tamen animalia eidem includantur machinæ, quæ simul aliquid aquæ aut succulenti corporis contineat; extracto quamvis aëre non adeo tamen celeriter expirant, quatenus vaporosæ illæ substantiæ crassioribus illius ramentis succenturiantur, ut pariter ab eodem observatum novimus.

THESES. 15.

Diagnosi in hoc affectu minus opus est, cum sine ægrorum etiam querimonia inspirandi difficultas facile pateat; Quia nihilominus causarum maxima habenda est ratio, non tantum pro prognostico concinnius formando, quam cura methodicè tractanda: harum dignotio potissimum exigitur. Dyspnoea ergo ab humore intra pulmones & ad bronchia horum deposito se prodit, si cum stertore
C ac tussi

ac tussi contingat, illiusque expectoratione sedentur ejus paroxysmi: quæ verò extra ramos trachœæ in pulmonum penitiorè substantia colligitur humiditas vitiosa, vix aliquid stertoris, plus verò tussis, siccæ tamen, habet, ejusq; paroxysmi imminuuntur ac terminantur, si vel expectorando, vel alia quavis ratione fluidum illud eliminetur. Hoc tamen peculiare sibi vendicat, dyspnoea humoralis, aliundè recipiens materiam, quod minus continua sit, & per intervalla tantum affligat, dum è contra quæ à pulmonum proprio vitio, constans magis observatur; quamvis etiam pro rerum non naturalium diverso statu & usu variè exacerbetur: imo de sanguinis aut serii abundantia aliunde etiam constare potest. Quæ à pleuritide, peripnevmonia similiqve inflammatione, difficultas spirandi, ex morborum horum signis diagnoscitur, uti & quæ à thoracis conformatione vitiosa hujusque ossium luxatione &c. Musculorum illius, vitia pariter evidentia sunt, aut quæ à tuberculo, Scirrho, incrassatione atqve induratione pulmonum angustia, in hoc eadem conveniunt, ut paulatim incipiant, acrescat vero quotidie anhelatio, sine stertore tamen & ut plurimum cum tale ac gravitationis sensu, specialius tamen & acerratus easdem dirimere vix licet; cum quæ ab humore pulmones opplente, subitaneo magis impetu invadat atq; augeatur. Nec cordis moles major, pinguedo copiosior, hydrocardia, thymi intumescencia, pulmonum magnitudo nimia, cum pleura cohæsiò similesq; morbi confirmationis & partium interiorum vitia evidentia sunt, nisi ex negatione aliarum causarum hæc augurari conveniat, quod de viscerum abdominis intumescentiis minus frequentibus pariter monendum. Vulnèra, rupturas, & ulcera pulmonum ex excretis probabiliter satis judicamus, empyema verò & hydropem pectoris ex suis signis abstrusis quoq; maximè interdum. Quæ ex laryngis & asperæ arteriæ obstructione ac compressione dyspnoea, si compri-mentia atq; obstruentia fuerint, evidentia v. gr. improvide degluti-ta, aliis signis haud indiget, nec quæ ab inflammatione ejusdem, quæ autem à tumoribus latentibus, vix suspicioni concedit locum, nisi tensionis aut ponderis sensus hanc suffulciat. Quæ ab ascite, ven-triculi atq; intestinaorum cruditatibus ac inflatione, molestia spirandi flatulentiarum causas habet, Symptomata alia sibi comites adsciscit, flatibusqve ac eruditatibus eliminatis solvitur. Spasmodicum
asthma

asthma humoralis minus continuum est, ac ut plurimum aliorum organorum imo externorum, quoque convulsionibus se prodit: atque hoc quidem eo certius supponere possumus, si nulla causarum humoralium praesto fuerit, nulla excretionem manifesta solvatur, ex improviso & cum impetu mox invadat, & sine ullis mali reliquiis, si virium imbecillitatem excipias, dispareat, imo ut plurimum aliarum quoque partium convulsionem l. antecedentem, l. comitem l. pedissequas, habeat. Atque hos quidem spasmos à principio nervorum emanare evincunt cephalalgia, vertigines, similiaque generis nervosi symptomata, pariter dyspnoeae aut prodromi aut ipsi juncta aut supervenientia; imo miseri hi orthopnoici ut plurimum sunt: à pleuribus vero abdominis emanare, tensiones hypochondriorum, borborygmi similiaque symptomata declarant. Si faucium muscoli primario afficiantur, hæ quasi laqueo castrungi videntur: Sin diaphragma hujusque processus, cingulum hypochondria & costas constringens sibi concipiunt ægri: Sin muscoli thoracis reliqui, similem constrictionem & quasi oppressionem patiuntur iidem. Sin denique ipsi pulmones horumque plexus nervei, cordis palpitatio ut plurimum jungitur, illique modum ingruendi & officendi vix explicare possunt. Quibus omnibus absentibus, aere vero minus proportionato, hujus dispositionem solitariè accusare convenit, potissimum si ad atmosphaeræ mutationem cessent symptomata illa praefocatoria: quamvis in statu quoque morbofo aëris diversa conditio dyspnoeam modo intendat, modo mitiget.

THESES. 16.

Prognosin quod concernit, l. eo ipso dum senibus affectus hic familiaris ab Hipp. Sect. 3. aphor. 31. proclamatur, dyspnoeam ut plurimum curatu difficilem augurari decet, si scilicet non ab aeris ambientis disproportionem, pleuritide, flatuositatibus ventriculi, similibusque brevioris durationis, aut facilioris solutionis fuerit. In quo sensu asthma seu dyspnoea recte dicitur affectus chronicus, inveteratus frequentius in hydropem, cachexiam aut affectus soporosos degenerans: quod si tamen pleuritis aut peripneumonia ejusmodi anhelosos corripit, lethale ipsis hoc evadit malum. Variat etiam sanationis difficultas ratione ætatum, dum infantes, dyspnoea affecti, nisi hæc maturè evanescat, ut plurimum suffocantur, in senibus eadem non nisi morte solvitur, juvenes vero ab eodem malo frequentius liberantur.

tur. Pariter quod asthma comitem habet tussim, si hæc sine manifesta excretionem, ac manente seu crescente dyspnoea cesset, periculosum maxime est: quod periculum intenditur, in his quorum vires fracti ac pulsus inæqualis & intermittens cum lipothymiis evadit, spirandi enim terminum ultimum portendit. Dyspnoea ex partium inferioris ventris consensu convulsiva molesta quidem, raro tamen per se lethalis est: quæ vero originem à principio nervorum poscit aut à plexuum pnevmonicorum immediata irritatione dependet, ancipitis est eventus & epileptici quid arguit. De cætero pro causarum reliquarum diversa pertinacia modo difficilius modo facilius curationis eadem observatur, quatenus qui ab humore facilius cedit, quam quæ à calculo aut tumore Scirrhuso &c.

THES. 17.

Therapiam ex scriptoribus practicis licet petere duplicem, curatoriam nempe, seu quæ ipsius symptomatis sive continuo s. per paroxysmos affligentis rationem habet; & præservatoriam quæ causas removet & recidivas declinat. Neque tamen curatoriam therapiam in Dyspnoea semper opus est, si scilicet morbus fuerit secundarius & v. gr. à pleuritide, phthisi, hypochondriaca passione aut ventriculi cruditate dependeat, quatenus morbo primario sublato, eadem spontè evanescit: frustranea imo est omnis curatio nisi causis his & morbis primariis sublatis.

THES. 18.

Initium itaq; faciamus à therapia præservatoria & quidem primo dyspnoeæ haud convulsivæ, quæ in causæ tam continentis seu conjunctæ, quam antecedentis, sublatione est occupata, utramq; alterando & evacuando, quamvis ut ex prognosi repetimus, omnis nec alterabilis sit, nec se educi patiatur, v. gr. calculi, Scirrhi, &c. Quæ ergo à muco seu humore viscido circa pulmones congesto, incidentium præprimis usum postulat, cujus generis sunt, gentiana, helenium, aristolochia, arum, iris, Florent. Scylla, levisticum rapæ, bryonia, cujus succum & a quam *Deodatus panth. bygiast. l. 3. c. 12. & Hartm. Prax. Chym. p. 135.* maximè extollunt, polypodium, lignum Quajaci, lasafra, rad. chinæ, origanum, hyssopus, salvia, capilli veneris, stoechas, calamintha, melissa, cujus vinum seu liquorem magnum in asthma secrete ait *Paracelsus*, rosmarinum à *Borella*

Cent. 4. obs. 46. ut singulare in asthmate & à *Panarolo. Pentecost. 3. obs. 25.* in omnibus vitcerum infarctibus & affectibus pertinacioribus laudatum, it. crocus, gum. galbanum. ammoniacum Therebinth. ab *Hildan. cent. 6. obs. 21.* commendata, & sulphur a-
peoque ex ammoniaco, Sulphure & Terebinthina parata pilulæ *Zeebii* quas *Consult. 38.* describit. Cujus etiam generis sunt mil-
lepedes horumq; succus à multis, tanquam specificum asthma-
tis remedium commendati; it. sapo venetus à *Fonscca Tom. 2. 2. Consult. 35.* cum mastiche, cinamomo, liqviricia & sacharo in pul-
verem redactus. Ex præparatis vero officinalibus atqve compo-
sitis, magni æstimantur, spiritus & salia volat quælibet, v. gr. fuligin. sal. ammoniaci simplex atqve aromatizatus, it. spiritus vi-
rid. æris. gum. amom. simpl. aut c. sulphure & viridi æris compo-
situs, Spiritum astmaticum D. Michaelis constituens, Balsam. & Tinct. Sulph. extract. croci. Galbanetum Paracelsi, extractum tho-
racicum majus & minus *Quercetanj* & diversi in dispensatoris congesti syrupi incisorii ac peçtorales v. gr. de Prasio, de Petro. de Eryfimo *Lobelij.* cujus usu hic juvenulas raucedine & asthma laborantes percuravit. stoechad oxymel squillit. & aquæ spirituosæ plures v. gr. anisi, foenicul. Zedoar. asthmatica Rudolphi &c. Quo etiam spectat decoctum ex Zedoar. & gum. ammon. à *Joelle* de-
scriptum.

THES. 19.

Attenuata, & ad evacuationem disposita hæc materia verò è corpore eliminatur per purgantia, vomitoria, sudorifera, diuretica, errhina seu sternutatoria & expectorantia, imo forsan aliquid à salivatione Mercuriali foret expectandum cum *Tb. er-
mair. Consil. 51.* referat, asthma per ptyalismum ab usu pilularum cum mercurio fuisse curatum. Purgantium hic appropriata magis erunt Mechoac. agar. fol. senn. Helleb. niger trochisci diaturbit. Rhabar. Pil. aloephang. de gum. ammon. &c. modo attendatur in hoc casu monitum *Scholzii Consil. 29.* suggestum, asthmaticis purgantia fortiora haud propinari debere utpote à quibus materia peccans magis commoveatur ac agitetur hincqve ad pulmones quoq; cogatur, sed lenes potius purgationes per intervalla commoda esse repetendas. Vomitoria causam asthmatis proximam non minus ex pulmonibus ac ex ventriculo eliminant, & hoc

nomine in phthisi quoque commendantur, quatenus pus, quo
pulmones turgent, sæpe feliciter satis evacuant, adeoque conve-
nientissimum in dyspnoea à viscidis humoribus existunt remedi-
um. Consentientes hoc in passu habemus *Plater Prax. Tom. 1. p.*
387. Sennert. Prax. l. 2. c. 1. Petraum Nosolog. l. 1. Dissert. 18. Horst. l.
3. obs. 3. & Ruland. Curat. Empyr. p. 103. 109. 110. & c. Talia autem sunt
aqua nicotianæ quam ad ℥j *Har: m. prax. Chym. p. 209.* ad ℥iij epo-
tam River, l. a. commendat. It. aqua Benedicta *Rulandi* infu-
sum & syrupus nicotianæ, Vinum vomitorium *Hurnii*, quod
Freitag. auro. med. c. 20. describit, *Plater. & Haumannus* succi
ireos Nostrat ℥ss cum vini Hispan. ℥j propinat magnopere lau-
dant: uno verbo spectant huc propria medicamenta vomitoria
antimonialia v. gr. Tartar. emet. it. ex vitriolo parata. Quemad-
modum vitriolum ꝑris in dyspnoeâ præcipuè convulsivâ adeo
à *Carditucio Coment. in Prax. Harm. c. 76.* commendatur ut eti-
am nulti alio illud cedere scribat, Sudorifera non tantum eo no-
mine conveniunt, quod materiam crassam ac pituitosam attenu-
ent & absumant, sed expectorationem quoque promoveant. *Vio.*
Scholzius Consil. 92. qvalia sunt decocta ligni Quajac. sassafras, juni-
per. rad. chin, sarsaperill. contrajerv. & c. cum salibus volatilibus,
de quibus superius dictum, cum antimonialibus fixis. Nec o-
mittenda diuretica, quorum singularem effectum experientia di-
versorum Autorum v. gr. *Willisii & Dolæi* testatur, sed ratio quo-
que sanior evincit, quatenus ad vias urinarias materiam asthma-
ticam sæpe spontè eousque peturbari observamus, ut primo uri-
næ tenues & crudæ, circa paroxysmi declinationem crasse cant
ac turbidæ evadant, imo cum difficultate quædam excernantur.
Et hujus generis sunt rad. apij foenicul. helen. liqvirit. cichorei,
imprimis vero Therebinthina & millepedes item lumbrici à Pra-
cticis magni æstimati, quibus sal volat. succini merito adjicimus.
Annumeravimus evacuantibus his expectorantia quoque, quate-
nus materiam pulmonibus ac asperæ arteriæ impactam, emoli-
unt, abstergunt, & ut leviores tussicula prodeat, disponunt, qvalia
sunt: syrnp. de liqvirit. de jujub. de erysimo, de hyfopo, looch.
sanum, de pulmone vulpis, de squilla, crocus hujusque essentia,
balsamu Sulphur terebinthinatus & anisatus, ir. sirupus. de Sulph.
gummi ammon. hincque evporista potiuncula cum aqua hyfo-

pi & vino, quam ut nunquam fallax *Brunnerus Confil. 34.* suggerit, illamque tantæ efficaciam pronunciat ut præclarius remedium non viderit. Spir. asthmat. &c. Quibus tamen cunctis fere palmam in expectorando præripit sirupus de Peto seu Nicotiana, postquam scd. herba hæc virtute emetica fuerit exuta, ab *Epiph. Ferdinando Histor. 48.* & *H. Augenio lib. 4. Epist. ult.* ad asthma, ceu divinum remedium comendatus & descriptus, Quo si non major, certe non inferior est essentia Nicotianæ c. sp. vini parata, it. oxymel de Peto & oxymel asthmaticum, quod Nicotiana ingreditur, *Poterii, quod vid. cent. 2. cur. 45.* Modo allegatus *Augenius* in eadem epistola fumum Tabaci extubulo haustum eundem in finem extollit, quem sequitur *Riverius prax. lib 7. c. 19.* qui eidem fumum caryophyllorum etiam substituit; quod quidem eò facilius admittendum, quod præter virtutes reliquas herba hæc narcotica quoque gaudeat, Circa quorum usum tamen adhuc monendum, ea in principio debere esse benigna & temperata, ne potentiora & calidiora plus materiæ peccantis, ad pulmones commoveant, & suffocationis metum incutiant. *Vid. Scholz. l. a & Fortis Cent. 2. Consult. 7. atq; 8.* A diversis autoribus evacuantiâ appropriata censentur errhina & sternutatoria, non tam quasi materia morbifica in cerebro & naribus hæreat, quam quod per vias saltem has depleatur totum vasorum genus ac imminuatur serum pituitosum; ut taceam sternutatoriorum impetum etiam quod pulmonum tubulis impactum, ejicere, vid. *Quercet. pharm. Dogmat Restitut. c. 18.* Referuntur huc à quibusdam v. gr. *Sylvio pr. l. 1. c. 22. §. 54.* etiam masticatoria, quorum tamen usum *River.* suspectum reddit: cui equidem si serum fuerit acrius, ad stipulamur, minimè tamen si fuerit lentum & viscidius, quale hic supponimus.

THESES. 20.

Difficultas spirandi à sanguine, si hic abundet, ejus evacuationem; sin crassior, v. gr. in cachecticis attenuationem atq; incisionem exigit, qualem præstabunt *Thes. 18.* recensita alterantia. Quod si vero extravasatus & congrumatus is fuerit, sui resolutionem atque educationem postulat, & quidem modo per expectorantia & sanguinis grumos resolventia; modo si in pectoris cavitate ille fluctuet per paracenthesin, quæ seri atq; puris quoq; inibi pariter, ac in abdomine

mine asciticorum congesti, unicum remedium est. In specie autem si à frigida potu post corporis incalescentiam hausto, hincque sanguinis congelascentia malum fuerit, quale quid frequentius experimur, inter illa, quæ sanguini fluorem pristinum restitunt, reliquis facile palmam præripit, chærefol. & Herb. bellid. flor. rubro sive juxta *Deodatum* sub acetarii sive alia quadam forma exhibita: cujus virtutem, præprimis si mox propinentur evidentem maxime *Mindererus Cist. Militar. c. 2.* deprædicat, & exemplo quodam coqui, qui, postquam prope ignem vehementius incaluisse, ex frigida affatim hausta in pectoris angustiam magnam & suffocationis periculum inciderat, à se succo hujus expresso curati B. D. Michaelis olim confirmabat: In quo casu *Rulandus curat. Empyr. p. 119.* etiam vomitoria commendat, sine dubio non tam pro coagulo hoc rejiciendo, quam pro eodem saltem succutiendo atque discontinuando. Pari- ter si & sanguinis & feri turgescencia tale quid contigat præcipitantia atque diaphoretica, v. gr. lap. 69. antimon. diaphor. nitrum &c., imo illius subtractationes, v. g. per V.S. à *Willisio Pharm. Rai. part. 2. c. 12. Sylv. l. a. & Doleo Encyclop. l. 2. c. 2.* congruæ satis præscribuntur: Sero vero educendo purgantia & diuretica quoque conveniunt, cum naturam ipsammet diuresi in hoc casu uti superius ex *Rhodio* demonstratum fuerit.

THES. 21.

Præterea si ab evacuationibus solennioribus cohibitis v. gr. mensibus, hæmorrhoidibus pectus gravetur, hæ restituantur remediis appropriatis, aut illis substituantur evacuationes analogæ v. gr. per repetitam V. S., fonticulos. &c. Spectat huc si à scabie recedente, aut minus providè repulsa dyspnoea oriatur, per sudorifera & expellentia, in specie vero fumariam, helen. Quajacum & Sassafras it. per veficatoria artibus applicata pulmones sarcina suâ sunt liberandi: aut, si negotium non succedat, svadente *Zacut. Lusitan.* ægri ejusmodi cum scabiosis in eodem lecto collocentur, ut per contagium hujus scabies pristina denuo efflorescat.

THES. 22.

Si vitio stomachi asthma contingat, post vomitoria, aromaticis ac digestivis huic erit succurrendum, v. gr. per radicem ari, Zedoar. Helen. &c., quo nomine etiam grana piperis cum aliis stomachicis à *Scholtzio* commendantur. Quia tamen hic & ipsi conti-

sua intestina maximè per flatus, quorum officina quasi perpetua exi-
 stunt, inspirationi obicem ponunt, hos discutere eorum mineram
 nempe cruditates ac pituitam viscidiorum, educere convenit, per vo-
 mitoria, it. purgantia mitiora, v. gr. gummi galbanum & ammonia-
 cum, Massam pilul. de tribus Ruffi, cum tantillo scammonii aut ex-
 tracto trochiscorum alhandal, acuatorum; quibus subjungenda aro-
 matica, digestionis primæ prospicientia cum carminantibus, it. Cly-
 steres per experientiam quoditanam maxime comprobata. A scor-
 buto vel cum scorbuto quod afficit asthma, huic præter reliqua pecto-
 ralia & antiscorbutica a *Sim. Paul. Quadripart Botan. p. 22.* appropri-
 ata censetur rad. aristoloch. rotund. c. decoct. antiscorbuticis, ab ali-
 is, extractum croci, quod *Koligen Act. Hassn. Volum. 1. c. 92.* expertus
 commendat, non ideo, quod crocus passim practicis anima pulmo-
 num audiatur, sed quod crocus in desperato hoc ut plurimum affectu,
 præ cæteris medicamentis, insigne restaurativum caloris nativi, ex cu-
 jus defectu asthma hoc oriretur, existat. Quod si denique à fumis mi-
 neralibus v. gr. sulphuris, per laxativa mineralia potissimum v. gr. sulphur
 dulcem ac sudorifera antimonialia it. cinabarina, ipsi erit succurren-
 dum quod binis Exemplis confirmat *Horst. l. 7. obs. 25.*

THES. 23.

Pectoris vitia inspirationem laboriosam redentia, modo incurra-
 bilia sunt v. gr. spinæ tortuositas, thoracis angustia connata atq; inve-
 terata, adeoq; nec levamen aliquod à medicina sibi promittere pote-
 runt ejusmodi ægri: modo medelam admittunt v. gr. fracturæ & luxa-
 tiones costarum, it. subluxationes vertebrarum dorsi, depressiones
 sterni &c. per operationes atq; remedia ex fonte chirurgico petenda
 cum nervinis internis atq; externis combinanda, utpote mediantibus
 quibus nervorum hætenus præter modum tensorum & compressorum
 furculi pristinum robur ac tonum recuperant. Videntur siquidem e-
 jusmodi costarum atq; vertebrarum dislocationes non tantum ea ra-
 tione spirationi molestiam creare, quod dilatationi thoracis & pul-
 monum impedimento existant; sed quod simul nervis irritatis spasmum
 ejusmodi præfocatorii excitentur. Evidens hoc est in illis qui sublu-
 xationi seu quassationi vertebrarum dorsi exponuntur, hinc quasi
 cingulo circa costas nebulas, constricti maximè anhelant, *Schlagbäu*
D
D

Gen atq; hoc quidem non raro cum epigastri & hypochondriorum tensione seu inflatione, vomitu, dolore capitis atq; convulsionum speciebus, nervis nimirum intervertebralibus si non compressis, saltem tensis, hincq; in spasmos dolorificos concitatis.

THES. 24.

Asthma convulsivum extra paroxysmum quia pariter per Sympathiam & idiopathiam; in priore fomes ejus extingvendus, viscerumq; quæ hunc fovent, ametria emendanda, & stimulus alterantibus enervandus est: quod si tamen omnimode hoc fieri nequeat, ejusd. fomitis ad organa spiritalia influxus, cauteriis intercipi ac tandem paroxysmus imminens per opiata eademq; alterantia & pulmoniacâ communi inter dicta sufflaminari & suspendi debet. Ast in posteriore casu i. e. si ex ipsius pulmonum fibrarum spasms tale quid exoriatur, pariter, quantum possibile, spina seu causa stimulans obtundenda & educendâ opiatâ v. & pulmoniacâ ipsa pars affecta contra eandem firmanda, i. e. vellicationis sensus sopiendus atq; sistendus erit.

THES. 25

Atque his quidem scopis assequendis ut auxilii materia interserviunt, itidem vomitoria & cathartica leniora: quorum illa, primas vias & emunctoria iisdem propinquiora valde concutiunt atq; emulgent, adeoq; recrementa spasmodica, seu generi nervoso inimica exprimunt atq; exterminant; hæc sordes atq; cruditates ejusdem ventriculi atq; intestinorum detergant ac educunt, quod pariter ab enematis expectandum hinc utraq; fomitem mali subtrahunt. Cautius nihilominus cum vomitoriis agendum in hysteriis, utpote quarum genus nervosum maximè tenerum & sensibile, per violentiores vomitoriorum exagitationes excandescit ac in motus anomalos apripitur, ut quod itiana comprobata experientia. Pariter sudoriferis in asthmatis convulsivi cujuslibet medela præservatoria conceditur locus utpote fuligines spasmodicas è plexibus nervorum his atq; illis eluentia & per habitum externum relegantia. Nec minor efficacia est diureticorum, hinc millepedes, seri super fluitates à genere nervoso ad vias urinarias derivantes, raro successu carere *Willisus de Morb. Convuls. 6. 12.* asserit. Neq; sternutatoriorum & masticatoriorum usus ob vim, hęc-

heterogenioritates & aqvofitates vitiofas expurgandi, omnimodè e-
vanidus erit: ab expectorantibus vero & Pechicis vix aliquid emolu-
menti fibi promittere poterunt in hoc casu ægri, nisi in paroxyfmi de-
clinatione; utpote alias fpasmodicos ftimulos ad pectus dirigentia
hinc paroxyfmos accelerantibus. Fonticulorum vero & veficatorio-
rum non exigua in intercipiendo confensu pulmonum cum aliis or-
ganis & pro horum diverfitate modo vertici & nuchæ, modo cruri-
bus ac brachiis admovendorum.

THES. 26

Alterando autem irritans fpasmodicum corrigunt nervina seu
antifpasmodyca urinofa, quibus interdum, & si prodromum ali-
quod paroxyfmi percipiat æger, opiata commifcere convenit. Quoad
antifpasmodyca, horum ufum imprimis *Helmontius loco fepius allegato*
innuit, quem fidus quoque ejus epitomator. *Osvv. Grembs Arbor. l. 2. c.*
1. §. 9. de pulmon. defect. no. 90. experientia fua confirmat, dum ftudio-
fum caduco pulmonum, h. e. afthmate laborantem, cinabar. antimon.
hujus per integrum mensem fingulis diebus feptem grana ipfi propi-
nando, ab affectu hoc graviffimo liberavit. Sunt autem hæc præte-
dictam Cinabarim, caftoreata & mucus pyxidatus à *Willifio* in sce-
nam productus, afelli atque lumbrici terreftrès: Spirit. atque falia u-
rinofa quorum in afthmate inveterato maximè fingularem efficaciam
Boyle de Utilit. Philofoph. Experiment. part. 2. fect. 1. duobus exemplis
teftatur, v. gr. spirit. fal. ammon. simpl. & cum oleis fuccin. lavendu-
læ. anifi, fimilibusque aromaticis appropriatis temperatus, modo
cum gummi ammon. juxta eundem *Willifium* deftillatus & compofi-
tus, fal volat. fuccini & liqvor C. C, fuccinat. Tinctura & firup. gum.
ammoniaci, Balsam. Sulph. fuccinnatus, Tinctura & Sirup. Sulphur.

THES. 27.

Opiata qualia funt diacodium, Sirup appaver. Theriaca, laudana equi-
dem fufpecta videri poterant illis, qui præter mucum crassum, tartarum,
infarctusque pulmonum nullam aliam dyfpnoeæ causam fibi concipiunt,
quafi expectorationem inhibeant, quia tamen hoc loco non ad humores
lentos, sed tenues & acres, non ad pulmones emungendos, sed plexus ner-
veos irritatos demulciendos, est respiciendum, fidem aliquam merebuntur

narcoticā in mediocri quantitate adhibita, etiam ante paroxysmum
quē suspendant ac leniorem reddunt. Videtur hoc ex Veteribus annotasse
Arculanus qui in difficultate ejusmodi spirandi communem methodum
per aversionem materiæ, mediantibus frictionibus &c, damnat. potiusque
fluxionem per sirupum de papavere, diacodium ac *Philon. Rom.* intercipe-
re atq; sistere contendit quem etiam imitatur *R. à Fonseca Tom. 2. Consultat.*
86. narcoticum *Nepentes Quercetani* propinans, *Brunnerus l. 4.* Usum
theriacæ suæ frequentiore jubet, ut *Neotericorum felicissima experi-*
menta taceamus. Verum, uti dictum, non sine magna cautione & in
exiliore dosi hæc propinentur, semperque cum antipa modicis & pecto-
alibus temperentur; quemamodum *Laudani Helmontii* cum spiritu san-
guinis humani felicissimos successus *Illustrissimus Boyle de utilit. Philo-*
soph. Experiment. part. 2. sect. 1. deprædicat.

THES. 28.

Atq; hæc de Therapia dispnoeæ præservatoria dicta sunt, quibus quæ-
dam circa curatoriam & paroxysmi asthmatici tractationem subjungen-
da restant. Arridet nobis hoc in passu methodus medendi à *Willisio* tradi-
ta, quæ duo postulat, nimirum, ut impedimenta inspirationis, quantum
quidem licet, removeantur, adeoque omnimoda suffocatio inhibeat,
& organorum respiratoriorum motus in ordinati compescantur. Prio-
ris itaque scopi intuitu, æger ante omnia situ corporis erectiore, ut liberi-
us spirare queat, in loco aëris purioris ac temperatoris (cum frigidior
æque ac calidior justo, paroxysmum intendat) detineatur, pectoris autem
stricturæ arctiores laxentur, multis stragulis similibusq; non obruatur, sed
levioribus potius vestimentis tantum tegatur. Alvus clystere & quidem
in minore quantitate injecto, ne à distentis hinc intestinis, diaphragma
comprimatur & pectoris angustia augeantur, subducatur: Venæ se-
ctio quoq; ac cucurbitulæ scarificatæ, si nempe à plethora, mensium sup-
pressionem, aut sanguinis exæstuatione, aut stagnatione v. gr. in pleuritide
malum fuerit, aut si a plethora paroxysmi tantum major atrocitas metua-
tur, administrentur; imo quamvis talium horum neutrum adsit, vix ta-
men V. S. in ejusmodi paroxysmo præfocatorio adornantes unquam erra-
re poterunt, quatenus ab illo & respiratione hoc modo enormiter impedi-
tâ, sanguis necessario intra pulmones stagnat, hinc paroxysmum protra-
hit seu diuturniorem reddit. Vomitoria in eodem propinare timidiore
hæsi

hæſitant, ſuffocationem inde metuentes, q̄ualis tamen nunquam forſan
 obſervata fuit. Nihilominus, q̄vemadmodum ex diverſis ſcriptoribus &
 cordatorum Practicorum experienciã ſatis fidã, extra paroxyſmum in
 utroq̄; dyspnoeã genere, illorum uſum comprobavimus, ita in paroxyſmo
 quoq̄;, niſi inflammationes ſimiliaq̄; obſtacula, tale q̄uid impediãt, de-
 nuò commendamus, *Plateri* imprimis *Sennerti*, *Riverii*, *Hoefferi*, *Rulandi*,
Horſtii aliorumq̄; ſuperius recenſitorum obſervationibus ſuffulti. Imo
 conveniet hæc in minori doſi pechicis commiſcere, præeunte hoc in paſſu
Freitagio auror. Med. c. 20. ſub ſecreti nomine Linctum ex paſſulis, liqui-
 ritia &c. paratum & cum tantilla vini malvatici helleborati ſ. vomitoriũ
Heurnii acuatum in aſthmate extollit: hæc etiam ratione expectorantium
 vis magis auctuatur, & quaſi concitatur: prout in ſirupo de nicotiana, le-
 viter ad vomitum ſtimulante ſimulq̄; pechico, deprehendimus. Purgan-
 tium niſi blandiorum, in paroxyſmo vix ullæ partes ſunt, q̄vatenus in aſt-
 mate humido materiam peccantem magis exagitant, in ſpasmõdico ge-
 neris nervoſi fibras magis exaſperant, contradicentibus q̄vamvis *Ballonio*,
C. Piſone, atq̄; *Senerto* item *Rulando*, q̄vi vehementiora quoq̄; v. gr. rad.
 Eſulæ, propinare, haud veretur. Faciunt huc Errhina minus tamen ſter-
 nutatoria, niſi forſan bronchia tracheæ mucò fuerint referta, cui expecto-
 rando hæc maximè proficua ſunt, adeoque ad gulam aut aſperam arteri-
 am improvide dimiſſa corpora excutiunt. Præterea pro affluxu ad pul-
 mones avertendo appropriata etiam erunt diuretica, ut ex *Crutio de qua-*
ſit. per Epift. l. 4. p. 410. & Scholtz obſ. aliquoties allegata conſtare po-
 terit. De expectorantium efficacia experientia mille teſtis, neminem
 dubitare ſinit, modo, ut pariter jamdum monitum, illa in principio non
 ſtatim validiora fuerint, & poſt univerſalium demum uſum propinentur.
 Materia horum ex *theſ. 29.* repetatur, q̄vibus adhuc addenda Sirupi de allio
 & ammoniaco à *Williſio* commendati, ſperma ceti, cujus uſus in affectibus
 præfocatoriis nec mulierculas noſtras latet, & à *Timæo l. 2. c. 10. ac lib. 2.*
epiſt. 11. tanquam infallibile laudatur. Spiritum vitrioli ac Sulphuris,
Epiph. Ferdinandus. hiſt. 48. Deodat. Panth. hygiãſt. l. 3. c. 22. & Brunner
l. 4. magni faciunt, ac ſpiritum Tartari dulcem, idem *Deodatus l. 4.* verum
 pulmonum curativum proclamat.

THEſ. 29.

Deinde in Proxyſmo inſpirationis turbatæ annitendum, ut motus
 illi partium pnevmonicorum anomali, in q̄vos, vel ab humorum turge-
 ſce-

scientia vel spirituum irritationibus, concitatae, compescantur, quod itidem fiet, per medicamenta antispasmodica atque opiata; quae posteriora aequidem in asthma humido, à materia crassiore, haud adeo tuta videntur, cum respirationem satis praepeditam magis morentur, nisi ferocia paroxysmi summa fuerit; in convulsiva verò & quae ab humore acri & ejusdem turgescencia immoderatiore, magis appropriata sunt, strangulatum ultimum expectantibus, instar Dei ex machina apparent, horumque organa respiratoria laboriosissime exercitata, mox ad tranquillitatem componunt. Convenit, eodem tempore frictionibus durioribus, ligaturis, & vesicatoriis Spiritus ad loca remotiora provocare & à pulmonibus quasi revellere, quod cuncta dolorifica praestare solent: quo nomine etiam vomitoria ac clysmata acriora suo officio aliqua parte in paroxysmis asthmaticis fungi, verosimile videtur; quamvis vesicatoria serum acrius & scorbuticum, tanquam mali fomitem simul aliorsum derivent. Atque hæc, pro temporis atque ingenii angustia, de Dyspnoea dicta, Tuo, L. B, favori atque emendationi exponimus.

